HIERONYMUS
um 836/859 Seite 7v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





factus est in populo factus est in ducibus israhel
factus est in hospitibus meis ac sacerdotibus qui
habitabant in templo meo; Ideo circo percute
femur siue manum & habitū plangentis ad su
me; hic enim gladius probatus est mihi & hoc
cum sceptrum meum regnūq; subuesterit qd
ultra non erit & in sedecia rege fini&ur; Iterū
tibi propheta iubeo ut qui femur percusse
ras pro stupore & miraculo percutias & ma
nus. Non solum semel sed secundo ac testio
gladius ueniat ad interficiendū; Primo enī
uenerat nabuchodonosor quando tulit hie
choniam & secundo quando regnabat ioiacin.
testio quando sedecias & hic ē gladius tripli
catus quando facta est magna occisio & in
tantum multiplicauit ruinas ut obstupesce
rent animo & corde tabescerent & in omni
bus postis eorum dar& conturbationem;
Praecipitur ergo illi hoc est gladio acuto &
limato ad fulgendum amictoq; & expedito.
Et parato ad caedem ut uadat siue ad dextrā
uoluerit siue ad sinistrā quocumq; ait fa
ciei tuae placuerit audacter ingredere me